

Johann Jacob Döbel

**Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Jacobus Döbelius, Med. Doctor,
Professor Publicus ... Ad Exequias, Quas Parenti suo desideratissimo, Viro ... Dn.
Casparo Viereggen ... Mareschallo ... Consuli ... Filia moestissima, Hodie ...
paratas cupit, Omnium Ordinum Cives Academicos ... invitat**

Rostochii: Kilius, [1675]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777373300>

Druck Freier  Zugang



Döbel, J., J.,

in C. Vieregg

Rost.(1675),/a





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777373300/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777373300/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777373300/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777373300/phys_0003)





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777373300/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777373300/phys_0004)



2

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
JOHANNES JACOBUS DÖBELIUS,
Med. Doctor, Professor Publicus,
Poliater, & Facultatis suæ DECANUS,

Ad Exequias,

Quas

Parenti suo desideratissimo,

VIR O

GENERO SO, ET MAXIME STRENUO,

DN. GASPARO

Biereggen /

Hypothecario in Moysahl & Vendorff /
Hæreditario Mareschallo Ducatus Sverinensis, &
suli Civitatis hujus Rosto-
chianæ gravissimo,
Filia mœstissima,
Hodie, hora prima,
solemni ritu, paratas cupit,
Omnium Ordinum Cives Academicos
sedulo serioq; invitat.

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILI, Univ. Typogr.



22

ЯВЕТОЯ
В СИНИХ ОГРОМНЫХ АЛФАБЕТИЧЕСКИХ
ОДНОДИСКОВЫХ ТАБУЛЕЙ

БУДОВАНИЕ

Мод. Договор. Потребительский

Концессионный

Акцизный

Печать на гербовом

акте

Червонец. Всемирный

ДН. КАСПАРО

БИЛЛЕТЫ

Национальный вексельный

и кредитный институт

Коэнигсбергский

Банк

Банк</



Bservasse Veteres, vel.
ut hodie Ruricolæ, Um-
bris diei horas; haud ob-
scuro Persius testimonio
probat: ignaviam arguens
adolescentis, crapulam
edormientis,

Quintà dum linea tangit Sat. III 4:
tur Umbræ.

Vesperam Virgilius descripturus: cadere, inquit,

Majores altis de montibus Umbras.

Qui ad cœnam invitabant alios; Umbram simul
designabant, ad quam vellent Convivas adesse.
Rursum, qui invitabantur, lineam, quâ esset veni-
endum, rogabant: ne tempus cœnæ prævenirent.
Evidem L. Papyrius, cursor ad Quirini Aëdem,
duodecim antè annis, quâm esset cum Pyrrho bel-
latum, primus legitur Solarium constituisse in foro
Romano: sed neque tamen Huic; nec, quod Laér-
tio placet, Anaximandro; nec, quod aliis, Anaxime-
ni Milesio, hanc esse Umbrarum rationem tribuen-
dam, Herodotus ostendit, quando à Babylonius Græ-

Elog. I. 84:

Athen. l. 1.
c. 3 de Eu-
bulo Comi-
co Lucian.
in Gallo.
Plin H. N.
VII. 60.

Id. II. 76.
conf. Das-
leck. not.

l. 2.

A 2

(cos

cos Gnomonem didicisse fatetur; & Achaz horologium, ducentis Anaximene annis superius, Sole meridiano clarior evincit, quod Hic circa quinquagesimam; Ille circa primam feratur Olympiadem vixisse. Haut esse leviter hanc levissimarum Umbrae rationem, ad vulgi morem, aestimandam, patet: quod sit non Calendarium tantum dierum, horarumque index; verum etiam ocularis demonstratio situs motusque Solis. Altiorum esse Lunam Solem; Umbra ostendit, quae huic brevior est, longior illi.

V Line. Incomprehensibilis pene est velocitas Solis; sive Ptolemaicam assumas hypothesin, sive Hipparchicam, Coperniceam communiter dictam. sed tamen Umbrae comprehenditur fugacitate: atque ita, quae in cœlis geruntur; in terris, Umbrae beneficio, quodammodo declarantur. Dissipantur ad accessum Solis, lux & motus Siderum, ne conspici valeant, nisi eo forsitan loco, quo patet

Virgil. *tres cœli spatiū non amplius ulnas:*

Elog. III. Verum enim vero, tenuissimæ acus, vilissimi styli
ios. filive Umbræ, corporum lucidissimorum, Solis, dico, & siderum Zodiaci motum, sicutum, gradus notari posse; est, quod merito mireris. Erexit HINRICUS RANZOVIUS, Illustre Holtæ Nobilitatis jubar, in arce suâ Bambergensi, Photo-Sciathericum, hisce versibus ornatum:

Hic tibi cum Numero spectantur Nodus & Umbra:

Quætria, quid doceant, commemorare libet.

Umbra notat dextre, quota cursuet hora diei:

Hincq; notat vitam sic properare tuam.

Ast, in quo signo Magni lux publica mundi

Veretur; mira Nodus arte docet.

Si vis

*Serius scire; dies quoq[ue]libet occupet horas:
Id Numerus mediæ sede locatus habet.*

Idem in latere Obelisci, quem propè Izehoam, in
Cimbriâ, Friderico, & aliis Daniæ Regibus erexit,
sequentes subjicit:

*Umbra horas Phœbi designat climate nostro:
Nodus, quod signum Sol tenet, arte docet.*

Sed est mirabilius: hunc horarum indicem quovis
pene in corpore, & figurâ quavis, plana horizonta-
li, verticali, declinante, inclinata, concavâ, conve-
xâ, annulari, quadrangulari, cylindricâ, armillari,
sphærica, immò ipsâ corporis palmâ polliceque expri-
mi & formari posse. Voluit Moderator supremus: *c. l. probl.*
ut, quemadmodum ex umbra lucem; ex creaturis *12.*
Creatorem, nullo non loco, cognoscere habere- *Rom. I. 20.*
mus. Corporis verò proprii umbrâ, quasi naturale
in nobis metipis extare jussit horologium, quod ho-
minem doceret vigilare: cùm ignoret, quâ horâ
Dominus sit venturus. Cæterum, ad Achaz horologi- *II. Reg. XX.*
um revertamur. In hoc ipso decem Umbra lineis re- *10. II. 12.*
trocesserat, quo vitæ sibi prolongatae certior reddere-
tur Ezechias, vicinissimus morti. Naturalem Umbrae *Ezai*
retrocessionem haud esse difficilem; horologia plana *XXXVIII.*
ostendunt, quorum poli vel sunt incurvati, vel alti-
tudinem habent, gradibus viginti tribus medioque *8.*
minorem. At verò, hâc vice, cum Umbra & Solem *Clavius*
fuisse retrogressum, Prophetæ partim verba in- *in Fabric.*
culcant, partim Babyloniorum Legatio declarat, ob *instru-*
portentum observatum, ad Ezechiam directa. *ment. c. 21.*

Adumbravit benignissimus Pater amoris, cu-

rx, & sollicitudinis quasi suæ, adversum pios, fidelesque, utut afflictos, Magnitudinem, quâ in eorum gratiam, universum Naturæ cursum haud raro susflaminavit, vel etiam invertit: ut mira sit, & inexcusabilis prorsus stupiditas Mortalium ac ingratitudo, cuius obstaculo toti non in amorem mutuum, blandissimumque Patris obsequium resolvuntur. Et verò merito, regressu Umbræ, vita Ezechiae prolongata est adumbrata: siquidem Umbræ progressu fugacitas declaratur vitæ, quam, nuper ostendimus, haud esse vitam veram; sed Umbram tantum gloriose futuræ. In horologio merito hæc est vitæ prolongatio adumbrata: quod & vitæ tempus omne ultimò dispensetur in horas, & mors ei impendeat omni horâ, & momento tandem finiatur horæ, à quo Universa æternitas, benedicta, maledicta dependet. In Solario speciatim ea est delineata: ut, si non amoris stimulo; saltim futurorum consideratione, in Solarium nos exhibeamus Soli nostro; motum ejus, quo cunque loco & tempore, admirando, glorificando, Charitatisque tesseris, velut veræ illuminationis, haud obscurandæ, characteribus, adversus Proximum exprimendo, nec, quantum in nobis est, concedendo, ut ulla, absque horum lineâ, transeat hora.

Affice, quam celeri cursu levis effugit Umbra:

Lubrica nec vita tempora perdetua.

Diffugiunt anni celeres, Lethumq; minantur:

Mortuus ut possit vivere; VIVE BENE!

Vixisse bene CONSULEM BEATE FUNCTUM:

Omnis Universitatis, Senatus, Reverendi Ministerii,

rii, Civium incorruptorum ordo fatebitur ulro.
Et argumento est haud levi , rarum felicitatis exemplum, quo octogesimam octavam vitæ lineam, penè attigit, ac Prophetarum summis determinatè prædicatam , septennio propè integro superavit. Quod si enim abripiantur impii in medio dierum; vitâque longiori dotentur pii, præcepta Domini servantes, maloque , quantum possunt, resistentes: quidni quoque HUNCCE fateamur vixisse BENE ? Neq; enim ex inevitabili lege, cuius quædam sit hora decretria, vita dependet; verùm in præmissionibus & comminationibus Fundatoris sui & Servatoris est fundata. Accedit fidissima testimoniū , Conscientia: blandam omnino cum Fama consonantiam edens. Cessisse corpore juvenilem vigorem; infirmitas curarum annorumque mole vires ; obnubilatam latioris mentis serenitatem; caligine obductos oculos; & omnia, quæ voluptati ante erant atque usui, desicere, conspexerat probè: sed nec ideo, velut ex relatione habemus, plus justo , dolebat; quòd optimè, consciente, illud anteactæ vitæ præservativum conditum haberet, quo & omnis instans molestia superatur, & novum subinde gaudium procreatur. Viderat, ad extremum vitæ, effluxisse, quod præterierat; tantum remansisse, quod virtute & rectè factis erat consecutus; unde nec magis dolebat , quàm agricolæ dolent, præteritâ verni temporis svavitate, & statem autumnumque venisse. Mediolanensem Episcopum, morti proximus, non sic, inquit, vixi inter vos, ut me pudeat vivere: sed nec morti timeo ; quia bonum Dominum babemus.

Hac

Hac Mētis fortitudine CONSUL BEATUS; acerbissimum aliis mortis horrorem, vitāque continuandā dulcedinem, eodem plane sensu percepit. Evidē haud erat eidem labor, ex Prospīx antiquitate, aliunde quasi, laudem foenerari: qui suā ipsius virtute adeò hactenus coruscabat, ut illustriores etiam reddat, quorū unquam hactenus extitē Majorum. Nihilo tamen minus, postquam

Claud. in serena Nobilitas cunctis exordiis expandit
Laudibus,

Nanzianz. Orat. 36. solumque ejus nomen pēx n̄ ḡn̄ue m̄s āg. m̄r, magnum ad virtutem pondus affert; haud pigrabitur bona fide transponere, quæ communicata nobis voluit annalium fides. Ea verò in Paterna linea summatim VIEREGGIOS, Hæreditarios in WEGENDORFF & BÖRRENTJEN; in Maternā, RAHLEN dictos, Hæreditarios in REY, veneratur. Speciatim Patrem laudat Virum Generosum & maximè strenuū RIPPERTUM VJEREGGEN: Matrem, Nobilissimam, & singularis exempli foeminam, RAHELEM à RAHLEN.

Linea Paternæ Ascendentes fuerunt: Avus, CHRISTOPHORUS VJEREGGE, ad sex usq; lustra, Mareschallus hæreditarius Ducatus Sverinensis: Avia, ELISABETHA LUNZDOWEN/ Domo Seedorff prognata.

Proavus, à parte Avi, JOACHIMUS VJEREGGE; Proavia, CATHARINA LEBEDOWEN/ Domus Misdorff. A parte Aviæ; VITUS LEBEDOW/ Hæreditarius in Seedorff/ Saxoniæ. Proavia; LUCRETIA BASSEWITZEN/ de domo Masselow.

Abavus

Abavus Paternus, respectu Proavi: MATTHIAS
VJEREGE; Abavia: ANNA BUEDWEN/ de
domo Währendorff/ Respectu Proavia: HINRICUS
LEWEZOW/ domus Mistorff; Abaviæ: ANNA
MIDEREN/ è domo Wisselstorff.

Atavus, ratione Abavi: JOANNES VJEREG-
GE; Atavia, MARGARETHA HÜHNER/ domus
Bassedorf. Ratione Abaviæ, GEORGIUS BASSE-
WJZ/ Hæreditarius in Masselow. Atavia : ELISABE-
THA SPERLINGSS/ de domo Rubow. His nume-
rantur superiores BLANCKENBERGII, domus Blan-
ckenbergicæ; LUBBERSTORFFII, Marcæ Brandenbur-
gicæ, SCHARFFENBERGII, Saxoniaæ; OERZII, è
Gerdshagen; PENZII de Behsdorff / WACKERBAR-
TII de Rogel; ASCHBERGII, Brunsvigiaæ; WIN-
TERFELDII, domus Hünerlaud dictæ.

Materna Linea salutat Avum Generosum & Maximè
Strenuum, CASPARUM de RUHLEN; Aviam, Nobis-
lissimam Gente & Mente, MAGDALENAM CRÆMO-
NEN.

Proavū, respectu Avi, habet MATTHIAM à RUHLEN:
Proaviam, CATHARINAM LEESEN/ de domo
Wardow, Respectu Aviæ: JOACHIMUM CRÆMON,
Hæreditarium in Borkau / Maritum MAGDALENÆ
KÆRBERGS/ è domo Kærbergs / Marcæ Branden-
burgicæ.

Abavum, à parte Proavi, censet LEONHARDUM
à Rahlen / Abaviam: ANNAM à THULENDORFF/
stirpis, morte postea defectæ. Abavum, à parte Proavia,
JOACHIMUM LEESEN, hæreditarium in War-
dow: Abaviam, LUCIAM KRÆMERS / Marcæ
Brandenburgicæ.

Atavū, respectu Abavi, LEVINUM à RUHLEN: Atavia
ANNAM von DUNNEM / Marcæ Brandenburgicæ.
Atavum, respectu Ataviaæ, JOANNEM TUMEN-
DÖRFF / Hæreditarium in Thulendorff / Marcæ
Brandenburgicæ: Ataviam; SOPHIAM ROHREN/
domus Niehausen. Atque his rursus numerantur su-
periores: Domus VON DER LÜHE / è Buzmühl;
LEWZOVIA , de HUZSEBORG; LEWZOVIA
de LUNOW; KERBERGIA , Marcæ Brandenburgicæ;
PRHENIA de LANDELSTORFF; BULOVIA de HUM-
DÖRFF; MOLTKIA, è Teutonum angulo, s. TELL-
TENWIENEREL; MOLZANIA , de SCHOD-
STOW.

His ortus Majoribus Nobilissimis, postquā A. M. D.
LXXXVIII. d. IV. Octobr. lucē hujus Mundi primitus con-
spexisset, veræq; Lucis, quæ in Deo est, aspersione sacri
fontis, particeps factus fuisset; Pueritiam, sub Parentū pa-
riter ac Præceptorum manuductione & disciplinâ, feliciter
transegit. Anno M. D. XCIX. Serenissimo & Celsissimo
Principi ac Domino, DN. ULDARICO, Duci Mecklen-
burgico &c. &c. gloriose memorie, per biennium, mox
Successori, Serenissimo ac Celsissimo Principi ac Domino,
DN. CAROLO, per triennium; post, Serenissimo ac
Reverendissimo Domino, DN. ULDARICO, Principi &
& Episcopo Buzoviensi, à servitiis, Nobilium adolescen-
tibus sustineri solitis, ad triennium factus: cuius cum
Serenitate etiam Germaniam & Angliam lustravit. Anno
M. DC. XI. castris se applicavit Serenissimi ac Potentissi-
mi Regis Daniæ: hisque, intercedente Pace, solutiss;
Belgarum Militiæ ad quadriennium subscriptis. Annum
M. DC. XVII, & sequentem, Galliæ impedit visendæ:
donec

donec A. M. DC. XIX. morte avocatus Parentum, statum Oeconomicum eligeret, inque vita subsidium, thoriique societatem, secundo prorsus sidere, duceret Generosam, virtutibusque virgineis praclarissimam, Duam, **LUCIAM WELZINS**, quam cum nunquam, redire in gratiam, est coactus. Nec improle fuit conjugium quod filio Unico **CHRISTOPHORO**, & quatuor filiabus, **MARIA ELISABETHA**, **MARGARETHA SOPHIA**, **MAGDALENA LUCIA**, & **ANNA CATHARINA**, Parentes beavit. Verum: ut habet suas hic Mortalitatis status vicissitudines; ita Anno M. DC. XXXI. octodecim septimanarum spatio, & filium, & duas natu majores filias, abripuit acerbitas mortis, quas Anno M. DC. XL. quarta numero, **ANNA CATHARINA**, haud absque Parentum desiderio, pie beateq; virgo est secuta. Tertia, Generosi DNI. **VOGELSANGII**, Vice-Chiliarchi, dum viveret, maximè Strenui Viduae, exequias Paternas gememundè curanti, ex qua BEATUS CONSUL Octo Nepotes, quinque Pronepotes est exoscultatus, omni solaminis & subsidiorum genere, praesit DOMINUS ex alto! A. M. DC. XLIX. est singulari supremi Directoris nutu, ad Civitatis hujus Consulatum electus. Et eo quidem munere, qua fide, quave sit dexteritate, pro dono, quod habebat, functus, modo defunctus; cum sit noto notius; haud habeo pluribus impræsentiarum recensere. Neque tamen hic felicitatis splendor mansit absque ulteriorum afflictionum Umbra: quando Anno M. DC. LXVIII. in senecta pene decrepitâ, vita subsidia maximè requirente, privatus est, cui post DEUM se haec tenus commendaverat, Conjuge dilecta. Sed stetit tamen Viri Virtus: quam cum altioris motus Characterem

exhibuit semper, ut jure merito, incomprehensibilis
queat Solis solariū vocitari. Feralis omnibus habetur Cu-
pressus: Buxum contra nulla ventorum violentia spoliat,
veterive exuit amictu: quin semper sibi constans, conti-
nuo suo vireat virore. Buxus ad horarū numerū, Cupres-
seo gnomoni s. Umbilico circumposita, tristemque ejus
Umbram, à Solis motu dependentem excipiens, super-
addito, epigraphes vice, Apostoli voto: **COMMEN-**
DEMUS NOSMET IPSOS, IN OMNIBUS, UT MINI-
STRI DEI, IN TOLERANTIA MULTA! haud obscurū
præbuerit Hieroglyphicum, cùm Christianorū cuvis, ad
Solis justitiæ motū, feralis mundi tribulationes Umbras-
ve, velut dulcissima Datoris summi beneficia, iucorrupte
exosculanti; tūm CONSULI etiam beato; qui in labo-
ribus, in puritate, in animi lenitate, in benignitate, in
charitate non simulata, in sermone veritatis persistit,
donec, proximè elapso anno, die XV. Novembris, vitæ
laborumque satur, senio extremo confessus, per crucem
in lucem, per aspera ad astra, per Mortis Umbram in vitæ
gloriam, absque metu motuve inordinato, est translatus.
Nostrum erit, CIVES ACADEM! CI! altius paulo isthac
quidem ruminare; Corpus beate functi ad dormitorium
suum, hodie, quā decet frequentiā, comicari; utq;
ip̄i mortui queamus vivere, quo usq; vivimus,
VIVERE BENE!

Conventus erit in Æde Mariana.

Publ. sub sigillo Rectoris d. X. Februarii
ANNO M. DC. LXXV.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777373300/phys_0017](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777373300/phys_0017)





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777373300/phys_0018](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777373300/phys_0018)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/pnn777373300/phys_0019](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn777373300/phys_0019)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/pnn777373300/phys_0020](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn777373300/phys_0020)



donec A. M. DC. XIX. morte at
tum Oeconomicum eligeret, in
rique societatem, secundo pro
rosam, virtutibusque virgineis
LUCIAM WELZINS, quā
gratiam, est coactus. Nec im
quod filio Unico CHRISTOPE
bus, MARIA ELISABETHA
PHIA, MAGDALENA LUCI
RINA, Parentes beavit. Verum
talitatis status vicissitudines; i
octodecim septimanarum spacie
majores filias, abripuit acerbita
DC. XL. quarta numero, ANN
absque Parentum desiderio, pie
Tertiæ, Generosi DNI. VOGI
chi, dūm viveret, maximè Stre
ternas gememundè curanti, ex
Octo Nepotes, quinque Prone
mni solaminis & subsidiorum ge
ex alto! A. M. DC. XLIX. est si
ris nutu, ad Civitatis hujus Co
quidem munere, qua fide, qu
dono, quod habebat, functus,
noto notius; haud habeo plur
censere. Neque tamen hic fe
absque ulteriorum afflictionu
M. DC. LXVIII. in senecta pene
maximè requirente, privatus e
hactenus commendaverat, Go
tamen Viri Virtus: quācum alt

rentum', sta
bsidium, tho
uceret Gene
mam, Dnam
am, redire in
conjugium;
quatuor filia
RETHA SO
IA CATHA
uas hic Mor
DC. XXXI.
& duas natu
uas Anno M.
ARINA, haud
rgo est secuta.
Vice-Chiliar
, exequias Pa
us CONSUL
scultatus, o
DOMINUS
remi Directo
ctus. Et eo
teritate, pro
ctus; cùm sit
sentiarum re
endor mansit
uando Anno
vitæ subsidia
DELIM sece
a. Sed stetit
Characterem
exhi-



Scan Reference Chart TE63 Serial No. 032

Image Engineering Patch Reference numbers on UTI